

PHARMACEUTICIS VTRIVSQUE

Bauderoni,tum Parentis,tum Filij,laboribus  
gratulatur hoc Epigrammate

PHILIPPVS FOILLARD

*Patronus Matisonensis.*

Intestina,Iecur Cerebrum,Cor,Viscera,Pectus,

Democritus ferro vidit,& edocuit.

Hippocrates pepulit potu variante dolores,

Hic fontes aperit sanguinis,ille secat.

Delicias alter prohibet,Veneremque recusat,

Hic calido iecori vina inimica verat.

Denique diuersos Medicus sibi vendicat usus,

Vt morbos variâ sedulitate necet.

Quis tamen, ô nostri BAUDERI Epidaurius cui,

Doctiùs,& melius te docuisse feret?

Dulcia Mellifluo tu condis Pharmaca succo,

Vtile cum dulci iungis,amara Rosis.

Inque tuis secum traëtas pugnantia libris,

Te colit Ægrotus,te quoque Sauvus amat.

Sic liber hic,totum medicinæ continet orbem,

Aspera iucundis miscet,amica malis.

Quem Pater ediderat diuino ex semine Natum,

Filius , haud mirum est,Fratrem iterum genuit.

Castoris alternoſ sic Pollux prorogat annos,

Hoc Pater incepit,Filius egit iter.

Confusaque Patri natura tempora reddit,

Próque annis centum,secula mille dabit.

Nulla senescenti vis est tam fertilis herbæ,

Quàm quæ primæuo vere tepente viret.

Quid mirare Senem,iuuenis, si Filius ornet:

Imberbis medicis,semper Apollo fuit.